

TITULUS XXIX. SOLLICITUDO VANA.

§. I.

Symbola.

Dimisit corvum - non revertetur. Gen. 8. 6. 7. Corvus non redit a negotiis corporalibus, & secularibus quasi ab aquis, & cadaveribus. S. Th. Aqu. hic.

Ere ego immitam in te - omne genus muscarum. Ex. 8. 21. Muscis Aegyptus percutitur: quia corum corda, qui hoc faculum diligunt, desideriorum suorum inquietudine feruntur. Sancti Isid. cap. 14. hic. Musca insolens, & inquietum, animal est: in qua quid aliud, quam insolentis curae desideriorum carnalium designantur? V. Beda hic. Musca canina significat curam Saeculi. Unde Gregorius: nihil laboriosius, quam terrenis desideris estuare; nihil inquietius, quam in Saeculo nihil appetere. Ideo Israel custodiam Sabbati accipit in munere; Aegyptus percutitur muscarum multitudine. Hugo Cardinal. hic. E pulvere Aegypti Moyses virga percussio, innumerabiles sciniphes geniti sunt. Ex. 8. 17. Qui Aegyptios die, ac nocte, vexando pungebant. Hoc terrenarum possessionum pulvis habet, quod innumerabiles curas pariat. Diez Divitiz.

Defecit sicut fumus. Ps. 101. 4. Fumo sunt humana negotia comparanda: nihil enim ita oculos animae contumescat, ac turbat, ut secularium condicio curarum. S. Chryso. hom. 2. in Matth.

Expulsi me tunica mea. Cant. 4. 3. Exui me curis, & occupationibus istius Saeculi. S. Th. Aqu. hic.

Tunica occupationes hujus saeculi figurat denuntiat. V. Beda hic.

Videns autem Jesus turbas. Matth. 8. 18. Turbae sunt multitudo curarum temporalium, quae turbant animam ex omni parte. Circum se; sollicitudo enim temporalis turbat a parte anteriori: ut non quaerat aeterna, quae sunt anteriora; sicut dicit Apostolus Philipp. 3. 13. Posteriorum oblitus ad anteriora me extendo, & parte posteriori: ut non recogitet vitam praesentem; pro qua dolere debet, quia male vixit. A parte dextra; ne cogitet de gaudiis caeli: a parte sinistra; ne cogitet de penis Inferni. Hugo Card. hic.

Transibit per median samariam, & Galisam. Luc. 17. 11. Galilea interpretatur rota. Est autem triplex rota. Prima est sollicitudo mundana, qua rotantur avari de proferis in adversa, de fumis ad ima, de letis ad tristitia, & e contrario relabentes &c. Hugo Card. hic.

Unaqueque Mundi hujus actio, mola est; quae, dum multas curas congerit, humanas mentes quasi per gyrum vertit: atque ex se quasi fatigam projicit: quia, seducto corde, semper minutissimas cogitationes gignit. Sancti. Greg. moral. 1. 6. cap. 11.

Hyems est, cura rerum temporalium, atque hyeme tristior. Neque enim hic rigor, aut pluvia, nascitur, aut lutum gignitur, & profundus liuus: sed quod est his omnibus gravius; & gehennam gignit haec hyems, ac gehennae mala. Et quemadmodum in vehementi rigore congelascunt membra, & suntque mortua: itidem & in peccatorum hyeme horror animae nihil suorum officiorum peragit; concreta velut a rigore conscientia.

Quod corpori frigus est, hoc est animae mala conscientia. Unde, & timiditas nascitur. Chryso. hom. 7. in 2. Cor. 3. 2.

Quomodo telae araneorum vim venti non susceperint; ita nec anima, hujus vitae curis dedita; nec homo animalis poterit unquam suscipere gratiam spiritus: ab illis enim nihil distant nostrae cogitationes. Sancti. Chryso. hom. 34. in ep. ad Ephes.

Sicut piscis bonus, pia est fides; quam qui pati a Domino, nequaquam serpentem invidelitatit accipit: ita, & piscis nequam infima est cogitatio, quae curis hujus Mundi de ultra modum solet immergere. V. Beda Quasi. lib. 3. cap. 26.

§. II.

Sollicitudines vanas dimittendi, temperandi &c.

Motiva.

Ex Veteri.

In sudore vultus tui vesteris panem? Gen. 3. 19. Cur non addidit, in sudore vultus tui, & in sollicitudine cordis tui? quia laborem vult Deus pati acquirendo impendi; sollicitudinem autem totam spirituali pani acquirendo reservavit. S. Hieron. in Cat. ad Matth. 6. praecipitur nobis, ne solliciti simus, quid comedamus: quia in sudore vultus praeparamus no-

bis panem. Ergo labor exercendus est, sollicitudo evellenda. Efcob. t. 3. Coll. Chr. 1. 6. lect. 2. obf. 3.

Vidit scalam. Gen. 28. 12. Per hanc intelligit Theodoretus q. 82. divinam providentiam: quae caelum, & terram attingit. Sed nota: quod scala haec prius sit super terram: at postea caelum tangat. Cur non primo nominatur caelum, utpote nobilissimum, & sedes spirituum? sed prius terra, in qua serpentes, & bruta? adeo sollicita est divina providentia circa minima, &c. S. Aug. ad illud Sap. 81. attingit a fine usque ad finem: lib. de gratia, & lib. arbit. idest, a caelo usque ad inferiores partes terrae: a maximo Angelo usque ad minimum vermiculum. Sylv. in Matth. 6. q. 7.

Perquisit, quod modo ad eum perveniat. Eccl. 1. 22. Tobias fenex, oculis orbatus, coepit de familia, & filii sustentatione sollicitari: & tota sollicitudo est, per virum fidelem pecunias depositas apud Gabelem recipere. Nihil aliud, nec sibi, nec filio meminit. Et quidem, praeter pecunias, multa alia erant necessaria: ceptis sanitas, filii nutriti. Et dum pater mercenarium hominem pro pecuniis comparandis quarit; celestis Pater providet Angelum, qui, & pecunias, & sponfam, & sanitatem afferat. Baeza tom. 3. lib. 14. cap. 9. §. 22.

Nonne tu vallasti eum, ac domum ejus? Job 1. 10. Et Sathanas querit, se impediendo a divitis Job. Causa est, vallasti eum: quia non in corde fixae erant; sed exterius pro valle, pro sepe. Id. t. 1. l. 4. c. 3. §. 34.

Quoniam non cognovi literarum, introibo in potentias Domini. Psal. 70. 15. 16. Hebr. pro literatura, libros, catalogos, computos. Sept. negotiationes: q. d. quia non cognovi literas saeculares, computos, & negotia hujus saeculi, qui mentem a Deo distrahit: hinc accedam ad penetrandum, & celebrandum Dei potentiam; & beneficentiam erga me. Cornelius in Matth. 1.

Si ut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. De animo justit dicitur: hoc namque illum inter curas tranquillae degentem indicat. Etiam, inquit Matthaeus 6. 28. non laborat, neque nec; & tamen majore, quam Salomon, gloria circumdatur. Sancti Nilus lib. acet. Lilio eum comparat: quoniam corum, quae ad victum pertinent, nulla premitur sollicitudine; sed rebus obvis satisfactio corporis necessitati. Quod etiam in Evangelio docens: de vestimento, inquit, quid solliciti estis? Considerate liliu agri. Offendit: eos, qui tranquillam vivendi rationem propter regnum caelorum complectuntur, liliis esse similes, quae naturalis gloria nitore Salomonis purpuram superant. Animas vero, carnis voluptatibus effeminatas, ac propterea diabolus filias, ut in Evangelio rursum declarat, eos inquit, ex parte diabolo istis, spinis assimilat; qui omnem curam in eas conferunt res, quae ad vitam nunc spectant. Sancti Theodor. hic.

Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in cubiculum genitricis meae. Cant. 3. 4. Quaecumque sponsa Christi cor suum a sollicitudinibus Mundi purgat; ac vacuae; divinoque amore replet; cubiculum parat sponso suo Jesu Christo. Philo Carpath. hic.

Fili, ne in multis sine altis tui: & si dives fueris, non eris immunis a dilecto. Eccl. 11. 10. Adhuc panem petis in oratione Dominica, & jam sollicitus es de remittendis debitis: quasi non liceret ad haec temporalia bona respicere, quin sentiamus laqueos peccati. Tertull. de or. Dom. consequens erat, ut, obsecrata Dei liberalitate, in postulo pane, etiam clementiam ejus precaremur. Quid enim alimenta proderunt, si illis reputatur revera quasi taurus ad victimam? Baeza t. 2. l. 9. c. 2. §. 11.

Ex Novo.

Ne solliciti sitis anima vestra. Matth. 6. 25. Superflua sollicitudo circa temporalia vocatur, quando homo in tantum circa talia adipiscenda occupatur, quod a spiritualibus debitis impeditur: vel talia abundantius quarit, quae necessaria sint. Porro sollicitudo ordinata, & rationalis vocatur; quae homo fecundum exigentiam sui status, quarit necessaria vitae praesentis, in ordine ad spiritualia: talique sollicitudo est pars prudentiae. Dion. Carth. hic.

Considerate liliu agri. Matth. 6. 28. Tota hominum sollicitudo, & cura, circa nos, & nostra, non exaquit Dei sollicitudinem, & curam. Compone lilia agri, & Salomonem; illa omni cultu, omnium hominum labore vacuata; hunc ingenti ministrorum exercitu septum: illis nullus inervit, solum Deus provideret. Huic fervunt terrene aurifodinae, maris gemmae, avium plume, hominum ingenia, servorum curae. Uter pulchrior, & spectabilior, perferior in ornatu? an Salomon, medicis curis, & vigilis, tor servorum? an liliu agri? habes sensum ipsius divinae Veritatis. Baeza tom. 3. l. 4. c. 9. §. 22.

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon, &c. Matth. 6. 29. Quia ars non dat tam vivos colores, ut natura. Secundo, ut ait Sancti Chryso. Salomoni homines ministrabant vestes liliis Deus. Hugo in Salomone fuerunt vestes aliae,

Miscellanea.

Multos salvavit Deus mediis in fluctibus negotiorum, qui situs otis tenentes naufragissent. Gerson. tr. 21. super Magisfic.

Theaurum fortuito invenit agricola arans, domum portat: curisque mox torquetur, quomodo tanta pecunia uti debeat? quin thesaurum vicini odoratur. Aded vero miser se curis immergit, ut earum pondere oppressus perierit. Alvarez in Gen. 40. Illust. 134.

Curia dat curias. Ergo, si vivere curas, & bene, securae; non fit tibi curia curae. Douler. l. 1. c. 5. sect. 6.

Curia, quod cor urat. M. Terent. Verronis de lingua Latina, & verborum origine ad Cic.

TITULUS XXX.

SOLITUDO.

§. I.

Symbola.

Ex Veteri.

Neliste cum Dominus deseris. Gen. 7. 16. Tantum clausura profecti cepit ille hominum, & ferarum: ut non tantum a naufragio ereptus sit, verum, & morum feritate posuerit, lupus enim cum agno fine errore divertit; confedit prope leonem cervus sine vulnere, vulturi ficedula accinit. Oliva lib. 2. Strom. §. Matth. 12. 40. Ergone sepulchrum Christi, &c.

Reversa est ad eum in arcam. Gen. 8. 9. Mulex lux insidiae libenter extra vagantis animae, & magne tutele cito revertentis columbae. Th. Kemp. folio. an. c. 10.

Sumpsit scellam scirpeam. Eccl. 2. 3. Sufficit Moysi contra regem, & fluvium cistula; nequitiae infans in sinu mortis perire; ficella, quasi cella obteptus. Oliva citatus.

Per villem in columna ignis. Ex. 3. 21. Sicut per deserta gradientibus lux ignea inter nocturnas tenebras insulgebat; sic etiam commorantes in spiritualibus claustris superne lucis faxpe radiis illustrantur. Fugiens est ergo Mundus. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 5.

Facies, & saga ciliaria undecim, &c. Ex. 26. 7. Dei servus sit, ut arca testamenti: quae nunquam ab interiori, & secretiori, templi parte exibit, & cum per desertum gestabatur, quam plurimum integumentis occultabatur. Ita, cum necessitas te extra modum compellit, sint timor, & pudor sensuum tuorum integumenta, ne distraherentur. Diez conc. 2. de Incarn. D.

Claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris. Eccl. 4. Reg. 4. 4. Quando vidua illa replevit vasa oleo, fores ei claudendat erant jussu Elifae. Si Deum cupis animae tuae communicare magnas gratias, recede a rebus hujus Mundi, solitudinem pete. Stella de cont. &c. p. c. 40.

Introducat te Rex in cellaria sua. Cant. 1. 3. Sept. in cubiculum suum. S. Thom. in ep. ad anicum: cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci.

In lectulo meo per noctes quassos. Cant. 3. 1. Lectulum sibi sancta anima in nocte facit; dum; omnes perturbaciones Mundi fugiens, secretum comparat, in quo requiescit. Sancti. Gregorius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Amet homo, amet sanctum otium, in quo exerceat animae suae negotium, S. Prosp. l. 1. de vita contempl. c. 8.

Animos accipitres, aquila venatrices, & supra omnes alites acutius videntes, volatus solitarios concupiscunt. Cassiodorus 8. var. 31.

Sicut piscis extra aquam cito moritur; ita Monachus extra cellam leviter distrahitur, & inquinatur. Et prudens apis, mel ex floribus colligens, statim inde evolat, & secretum gaudens reperit: & hoc in alveario caute abscondit; ut habeat, unde in hyeme latenter vivat. Thom. Kemp. Vallis lilior. c. 18.

Disce pericula peccatorum fugere ab apibus; quae in hyeme, & tempestate, conficit lux imbecillitatis, in alveari; aut in cavernis latent; ne ab aere rapiantur, vel pluvia suffocentur. Quare, & tu contra tempestates angulum, in quo vitam agas tranquillam; ut de te illud, Is. 32. 2. dicatur: & eris vir, sicut qui absconditur a vento, & celum se a tempestate. Diez conc. 1. D. 11. Pent.

Sicut cortex est ad decorem, & conservationem pomi, fractio vero corticis est ad pomi putrefactionem: aer enim intras, & pomum corrumpitur. Sic ordinata conversatio est ad magnam vitae decorem; negligens sui custodia vitam bonam, & conscientiam arumpit. Broymard. Convent.

Status sub sipario. Lem: Gelatur, donec calatur. Bovius.

§. II.

Solitudinis variz laudes, & motiva.

De viti Deo de vore cali. Gen. 27. 28. Esau venator dum esset foris, Isaac benedictionem amisit: Jacob autem benedictionem recepit, quia domi residebat. Hugo Card. in Luc. 1.

Edificavit sibi solitudines. Job 3. 14. Oportet nos esse, sicut principes: qui, præter palatia, & regias, domos, quas habent in urbibus, adificavit sibi solitudines; id est, alias pulchras domos in agris, & locis solitariis: ubi à strepitu negotiorum fiant, & requiescant. De Ponte in Cant. 1. Ex. 17. §. 3.

Jesus dultus est in desertum, ut tentaretur à diabolo. Matth. 4. 1. Ista est una causa, non tamen tota, nec sola, neque præcipua; sed aliz quoque: prima, ut solitariam vitam commendaret, & eremiticæ vitæ exemplum præberet &c. Dion. Carthus. hic.

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Coloss. 3. 3. Hi sunt sicut mortui, qui absconduntur ab hominibus usque ad diem resurrectionis. Sic hirundines hyeme latent, ut in estate appareant: sunt etiam sicut animalia sylvestria in sylvis degentia, quibus liberiter veltitur Isaac. Gen. 27. 4. B. Humb. l. 23. ad Eremitas.

O desertum Christi floribus vernans! ò solitudo: in quasi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni Regis extruitur. O eremus familiaris Deo gaudens! Quid agis frater in seculo, qui majores mundo: quando tu te testorum umbra premitur? quædum fumofarum urbium carcer includit? &c. S. Hieron. ep. 1. ad Heliod.

Cœli, & cellæ, habitatio cognata sunt: quia sicut cœlum, & cella, ad invicem videntur habere aliquam cognationem nominis, sic & pietatis. A celando enim cœlum, & cellas, nomen habere videtur. Et quod celatur in cœlis, hoc & in cellis; & quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Sancti Angeli cellas habent pro cœlis; & aquæ delectantur in cellis, ac in cœlis. S. Bernardus ep. ad H. de vita solitaria.

Experto corde aliquid amplius invenies in sylvis, quam in libris. Ligna, & lapides, doceant te, quod à Magistris audire non possis. An non putas, posse te fugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo? an non montes stillant dulcedinem, & colles fluunt lac, & mel? & valles abundant frumento? Id. ep. 106.

O sancta anima, sola esto: ut soli omnium ferves te ipsam, quam ex omnibus tibi elegisti: Fuge publicum, fuge, & ipsos domesticos: recede ab amicis, & inimicis; etiam ab illo, qui tibi ministrat. - De cætero sola tibi indicitur mentis, & spiritus solitudo. Solus es, si non communia cogites, si non affectes præsentia, si despicias, quod multi suspiciunt; si falsitias, quod omnes desiderant &c. Idem ser. 40. in Cant.

Est cella sponsi reclinatorum, virtutum custos, tranquillitatis portus, - medela vitiorum, - tabernaculum sederis, nuptialis thalamus, paradysus deliciarum, celi janua. S. Laur. Just. l. de vita solit. c. 12.

Ego illa sum vita solitaria, quæ de terrenis hominibus celestes, & carnalibus spirituales constituo. Gerson tr. 11. sup. Magnif.

Verè in solitudine aliquid magni latere videtur; quæ à plebæque sanctis tam ardentem est amplexa. Thom. Kemp. lib. 7. ad fratres.

Solitudo quasi locus, & paradysus voluptatis est, & tanquam hortus deliciarum amoenissimus. Id. 16.

§. III.

Solitudo deliciosa.

Um minisset gregem Moyses ad interiora deserti, - apparuit ei Dominus. Ex. 3. 1. 2. Plures consolationes fecit Dominus populo suo in solitudine, quam in alio loco: ibi enim locutus est eis, ibi apparuit gloria ejus, ibi misit eis manna. B. Humbert. l. 23. ad Eremitas.

Elias pacitur in solitudine à corvis pane, & carnibus. 3. Reg. 17. 4. sed ibid. v. 9. in civitate à vidua solum buccella panis.

Exultabunt Sancti in gloria, latrabunt in cubilibus suis. Ps. 149. 5. Non in theatris, non in amphitheatris, non in circis, non in nugis, non in foris; sed in cubilibus suis. S. August. hic.

Quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradiso; varia Scripturarum poma decerpe: his utere deliciis, harum fruiere complexu. S. Hieron. ep. 4.

Idoneus ad philosophandum locus solitudo. Aliquando Christus solus montem ascendit. Luc. 6. 15. & pernoctat, & orat:

ut ostendat, qui Deo vult frui; eum ab omni cura, & sollicitudine vacare; & quietum locum querere oportere. S. Chrysof. hom. 41. in Joan.

Carolus V. dicere solebat: se, resignato imperio, plus voluptatis in sua monastica solitudine percepisse, uno die; quam ex omnibus suis victoriis, & triumphis. Cornelius in Exh. 3. 2.

§. IV.

In solitudine videtur, auditur, Deus.

Ex Veteri.

Filius est sermo Domini ad Abraham in visione noctis. Gen. 15. 1. Quare in nocte? ut in silentio, & quiete, melius, quæ dicuntur accipiat. S. Chrysof. hic. Ità ille legit.

Rebecca diligebat Jacob. Gen. 25. 28. Singulariter quemque nostrum tantò hæc Rebecca (celestis sapientia) plus diligit, quantò simplicior quisque habitat in tabernaculis. Nam è contrà, quantò quis habet Esau, tantò minus à Rebecca diligitur, id est, quantò amplius foras evagatur, tantò minus Scripturæ lactatur uberibus, intulque reposito pane cibatur. Rupertus l. 9. in Gen. c. 7.

Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Ex. 3. 2. Moyses, cum ingrederetur ad interiora deserti, vidit Dominum in rubo; velut ignem inflammantem consolationem accepit in animo, quam antè nunquam legitur suscepisse; notitiam habuit divinum, & revelationem secretorum Dei. Sim. Cass. l. 4. c. 4.

Invenimus eam in campis sylva. Psal. 131. 6. Sylva, loca sunt inculca, & agrestia. In inculca, & agrestia, via rationabiliter assumpta Christus Dominus invenitur. Non enim in campis deliciarum, sed sylvarum, qui se obtulit, requisitus: Querantur loca remota, & memorum campi; qui sunt amici, memoribus, contemplationibus, apti, à strepitu alieni: & inibi invenitur, qui inter delicias, & turbas, sæpe perditus est. Sim. Cass. l. 6. c. 7.

Sover mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Cant. 5. 2. Quis tibi renuntiavit, immaculata esse, & amicum? si intus est, sine macula, sine nevo est: amica sponsi, si amica solitudinis. Vox dilecti pulsantis: aperi mihi. Olyvia lib. 2. Strom. §. Matth. 12. 40. Ergone sepulchrum Christi &c.

Vox clamantis in deserto. Isa. 40. 3. Primò omnium confiderandam arbitror gratiam deserti, beatitudinem eremi; quæ ab initio gratæ quieti sanctorum meruit consecrari. Consecravit nobis plane habitacionem deserti. Vox clamantis in deserto: quamquam, & ante ipsum quibusque sanctissimis Prophetarum, velut auditorum spiritus, amica semper fuerit solitudo. Guarricus lib. 4. de Adv. Dom.

Ex Novo.

Assumpsit duodecim Discipulos secretò. Matth. 20. 17. Ut Christus Discipulos suos mysteria suæ sanctissimæ Passionis doceret, eos à turbis segregat. Nam, ut quis divina percipiat; necesse est à Mundana turba fugere. Sylv. c. 37. hic.

Statim spiritus expulit eum in desertum. Marci 1. 12. Spiritus S. non liberet habitat, ubi turba, & frequentia, & dissensiones, & rixæ sunt; sed Spiritus S. propriè sedem habet solitudinem. S. Chrysof. hom. 3. hic.

Falsum est verbum Domini super Joannem in deserto. Luc. 3. 2. Non in aula Herodis, non in frequentia hominum, ut suavis citharæ concentum audiamus, populi pestilentis tumultum fugiamus. Non in Agypto, sed in deserto Sinai, cum populo Israël locutus Dominus. Barradius tom. 2. lib. 1. c. 7. morali.

Rabbi, - ubi habitas? Joan. 1. 38. Cur volunt hi duo Discipuli scire Christi habitacionem? quia non transcurfu, nec in via, nec in publico, volebant discere, sed in secreto, & magna deliberatione desiderabant instrui de rebus Domini. Sylveira hic.

Solus erat Petrus, & totum per orbem consecrandarum gentium cognovit mysteria. Act. 10. 1. Sancti Ambrosii epistol. 41.

Fuit in insula, quæ appellatur Patmos. Apoc. 1. 9. Ubi Italia videre, ac tanta promeruit? numquid in urbis? numquid in regum ædibus? numquid in locis sublimibus? non: sed in insula Patmos à Domitiano relegatus. Anserthus. Insula hæc valde remota, & solitaria; ibi tanta ei mysteria revelata. Sylveira hic q. 37.

In noctis silentio, quando fecerit cum illa Deus est in cubiculo suo; quando pacata, & quæta sunt omnia; quando pax habetur intus à vitiorum perturbatione, & foris ab omni inquietudine, & occupatione; quando silent vitia, & peccatorum omnium recordatio: sensus quoque exteriores sopiuntur, & Mundanorum memoria. Cum itaque tanta quies fuerit, & jam silent omnia; tunc jam audiri poterit vox Dei: quæ non

non tantum loquitur, sed susurrat; id est, tenuiter, & occultè, aliquid humane menti manifestat. Richardus à S. Victore c. 7. in Cant.

§. V.

Solitudo meretur Angelorum confortium.

Solus erat Agar. Gen. 16. 6. 7. Elias solus. 3. Reg. 19. 5. Et ecce Angeli accesserunt. Matth. 4. 11. Angelorum non carebat confortio, qui hominum confortia devitabat. Sim. Cass. l. 4. c. 4. hic.

Ad monumentum foris plorans. Joan. 20. 11. Ut intelligamus: quòd quamvis sola non esset; sodalibus tamen, aut sedentibus, aut quasi vagantibus querendo, ipsa sola juxta ostium monumenti foris non sedebat; sed stabat, & flebat. - Et vidit duos Angelos, Cajstanus hic.

§. VI.

Solitudo extra peccata, apta poenitentiz.

Solus erat Adam, & non est prævaricatus. Gen. 2. quia mens ejus adhebat Deo. Postquam vero ei mulier adjuncta est, non poterat inhærrere mandatis celestibus; & idè se abscondebatur. S. Ambr. ep. 41.

Campum recessivum à civitate - dixit Dominus ad Jesus: leva thyrum. Jos. 8. 15. 16. 18. Extra urbem Hayenes cœsi. Cur Deus hostes non tradit in ipsa civitate: Orig. hom. 8. in Jos. Hanc interpretatur chaos: chaos autem locum, vel habitaculum, esse novissimum contrariarum virtutum, quarum rex, & princeps diabolus est. Ut vitia, & diabolum vincas in deserto, & solitudine, cum Christo pugna. Naxera hic §. 21.

Concluse Yago ostia cubiculi, & abiit. Judith. 13. 1. Malè meritis es de domino tuo leno: armati enim pudicitiam valvula occultatione. Egreffa Dina violatur à Sichem. Gen. 34. 1. obseptæ Judith triumphat, & jugulat Holofernem. Olyvia l. 2. Strom. §. Ergone sepulchrum Christi.

Septem circumdedit ei. Matth. 21. 33. Sollicitus Dominus de vinea. Ecclè 10. 8. qui dissipat septem, morietur eum coluber. Id. ibid.

Imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum. Luc. 10. 34. Quid curacioni cum stabulo? Eductos è via, in qua faciuntur, clausura ita fulcit; ut etiam sine unguentis, duobus tantum denariis, absolvi curatio possit seminecis. Id. ib. Valetudinarianum tuum, ò ægrote, ò languide, cella tua est. S. Bern. ep. ad fratres de vita solit.

Nonne dimittit 99. in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat? Luc. 15. 4. Si desertum relinquat, ut ovem perditam quærat; non in deserto perditam fuit; sed in urbis, & oppidis: ut eam reducat; in desertum vult humeris suis deferre. Vide, quòd miseriarum deveniat ovis, ubi ad frequentiam populorum divertit. Alvarez in Genes. 45. Illustr. 271. Ovem erantem requisivit pastor bonus, relicti 99. in solitudine, huc est, in superno loco celesti. Solitudo enim est cœlum, & à mundano tumultu sequesteratum, plenumque omni tranquillitate, & pace. Theophylactus in Luc. Mirabat. pastorem 99. oves sine custode delinquentem, ut unicam invenire posset. Chariorre illi unius hominis, quam 99. falsus minime. Ità enim pastor perditur ovicula studet inventioni; ut reliquas oves nulli discrimini objiciat. Cuiam ergo reliquas commisit? certè Deserto; quòd solet homines accuratissimè custodire. Escobar tom. 6. Parab. Chr. lib. 11. p. altera, de ovicula.

O solitudo beata! ò ereme, mors vitorum, vita virtutum. Sancti Bernardus hom. de verb. Dom. in illud, simile est reg. cœlor. homini negotiatori.

§. VII.

Solitudinis derelictio sordes trahit, nocet.

Aferam panem tuum aquæ, & lavate pedes vestros. Gen. 18. 4. Idem dicebat Loth. Hinc illa Religiosorum tam celebris consuetudo (quod Glossa ordinaria, seu Strabo Fuldenensis in cap. 28. Gen. notavit) ut venientibus de via fratribus pedes lavarent. Alludit hæc consuetudo ab illud. Joan. 13. 10. qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet: hoc est, qui mundus est, non propterea tam mundos ex omni parte habet pedes, quin alique apud illum maneat imperfectiones, & nævi. Religiosi ergo foris redeuntis pedes lavantur; ut intelligat, se non tam perfectum revertentis, quam abierat: & fortè de terra, quam calcavit, labeculam quampiam contraxisse. Did. Nyfl. Pol. Cælor. p. 1. l. 5. c. 5.

Semci veritatem egressionem carò luit. 3. Reg. 2. 37. 42. 46. Sordes ejus in pedibus ejus. Thren. 1. 9. desposita est vehemens, non habens consolatore. ib. Ecce tota tibi civitas luctui, fletui, tradita sine consolatore. Sed unde hi fletus? & sine

consolatore lamenti causa? sordes ejus in pedibus ejus. Si non ad terrena, & lutea bona egredere; si gloria ejus esset ab intus. Bæzat. 1. l. 5. c. 2. §. 2.

Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho. Luc. 10. 30. Qui ab Jerosolymis recedit ad Jericho, id est, qui à cella egreditur ad latronum diverticula, incidit in latronum manus. Sancti August. contra Pelag. Jerusalem paradysus, ubi pax, & lætitia, Jericho Mundus; in quo omnia orta occidunt sicut luna. Escobar tom. 6. Parab. Chr. lib. 11. sect. 2. obf. 2.

Quantò quis latius foris extenditur, tantò intus minoratur. Thom. Kemp. l. 3. ad Novit.

Pluvius exundans omnem in se inferit immunditiam, & sic turbidus, & obscœnus fluit. Talis est homo, qui, solitudine relicta, vagatur foras. Diez Dom. 3. Quadr.

§. VIII.

Solitudo dat pretium, æstimationem.

Posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 33. Moyses cum Domino collocutus faciem ostendit corruscantem, quò viso filii Israël fugati: velo idcirco radios obtulit. Vel apud sæculum fulget, cum à creaturis remotior, numinique propinquior. De creaturarum accessu lumen obfuscatur, & splendoribus velum obducitur: fulgentior in tabernaculo, obscurior in populo. Naxera in Jos. 14. §. 43.

Ibat in desertum locum, & curba requirebat eum. Luc. 4. 42. Vis à secularibus quæri, eos noli quærere. Joannes in solitudine, sed turbis vallatur. Petrus accessit à Cornelio, dum in solario domus orat. Act. 10. 22. Olyvia lib. 13. Strom. hic.

Aliud cecidit secum viam, & concuscatum est. Luc. 8. 5. Granum juxta viam, virtus in publico concuscat; proficit in recessu, & honorabilis ostenditur. Escobar tom. 6. Par. Chr. lib. 8. sect. 1. obf. 4. Fugiamus civitatum, & vicinorum celebritates: ut, qui in civitatibus, & vicis habitant, ad nos concurrant. Amemus solitudines: ut, qui nos in præsentia fugiunt, ad nos pellicamur. - Joannes quidem Baptista in solitudine verbatatur, & civitates ipse cum hominibus ad eum confluebant. Luc. 3. 3. Sancti Nilus lib. æfct.

§. IX.

Solitudinis aliz utilitates, & motiva.

Thesaurum abscondit in agro. Matth. 13. 44. Cur invenit in agro, non in civitate? in quo negotiator reperit margaritas? Resp. instrumitur: ut ad comparandum thesaurum, qui est regnum cœlorum, egredi debemus è domo, urbe, ac tumultu. Secundo plus donorum celestium reperitur in solitudine, quam turba. Sylv. hic q. 3.

Jesus autem plenus spiritu Sancto. Luc. 4. 1. Pleno spiritu Sancti pleni non sunt, sed vanitate humidi, qui per plures aguntur: nam Christus Deo plenus fugit in eremum. Thesaurum in Evangelio. Matth. 13. 44. homo qui invenit; vadit, & abscondit. Ità tu, qui largius divino tore compleris; eò magis recede ab hominum consuetudine. Olyvia l. 13. Strom. hic.

Quidam, cum senem interrogasset, unde hoc fieret, quòd sibi molestum esset in cella sedere? acceptit: quia nondum profectus in futuram requiem, vel afflictionem: si enim hæc animo diligenter inspicias, & mediteris; etiamsi cella tua vermes scaturiat, ut ad collum usque immergaris in illis; sustineres utique absque molestia ulla, & difficultate. S. Dorotheus Abb. Doctr. 12.

§. X.

Solitudo in turba.

Duæ gentes sunt in utero tuo. Gen. 25. 23. Et duo populi ex ventre tuo dividuntur. Una erat, & populus internè gestabat. Fors in domus abditis debebat abscondita, & tamen ibi populari tumultu afflictabatur. Plures in solitudine degentes populos animo gerunt, & tumultibus perturbantur. Naxer. in Jos. 24. §. 15.

In urbis, quasi in solitudinibus versans: quòd hominum congressus illius virtutem nihil læderet. S. Greg. Naz. or. funeb. de S. Basilio fratre suo.

Sine turbatione verbatatur in turbis: sine otio tempus, quòd otio dederat, transigebat. S. Bernardus vitæ Sancti Malachia Ep.

Ad orandum etiam in turba solitudinem reperiebat. Vitz S. Bernardi l. 1. c. 4.

Miscellanea.

Urbis conversationem, & mille malorum occasiones, reliqui in seipsum relinquere non dum potui. S. Basilus ad Greg. Naz. de vita solit.

Solitudo vera est, abstrahere mentem a sollicitudine, & occupatione, actionum exteriorum, ab omni delectatione creaturarum: omnes affectiones, voluntates, intentiones, unanimiter, in quantum potest dirigere in Deum. S. Alb. M. parad. an. c. 32.

S. Franciscus dicebat: corpus est cella, & anima est eremita, quae moratur in cella, ubicumque sit, etiam inter homines, ad orandum Dominum, & meditando de ipso. Ita Lucas Vvadingus in annal. Min. Ag. 1212.

TITULUS XXXI.

SOMNIA.

Somnium vidimus. Gen. 40. 8. Sancti etiam in fomno caelestia tractant, peccatores in vigilia dormiunt ad caelestia procuranda: iusti etiam fomno sopiti, vigiliant ad caelestia. Alv. hic Illust. 134.

Vidiam coram me vitam. Gen. 40. 9. Somnium pincerna, habere se in manu calicem regis, & in eum exprimere uvas: pistor videt canistrum. Lipom. sollicitudo causa est somniorum: quisque somnium vidit de suo negotio.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Cant. 5. 2. Terrena meditantur, & somniant, qui terram sapiunt. At, qui soli Deo vacant, etiam dormientes Deo vigiliant, & caelestia intuentur. Tetra, tristitia, & gravia somnia experitur: qui gula deditus, cibo, & potuque ventrem onerat. Vis somnia, non somnia levia, sed vel divina gustare; modum cibo, & potui adhibere; terrena despice, salutem animae cura, & vel dormiens videbis caelestia. Jacob peregrinus, rebus omnibus destitutus; cibo, & potuque, carens fessos nuda humo artus projecit; dumque dormit, apertum caelum, & apertam inspicit scalam. Gen. 28. 12. Lipom. vides, ut somnia sancta sunt eorum, qui corpus negligunt, & parvo cibo nutriuntur. Alvarez Illust. 143.

Multa passa sum hodie per visum. Matth. 27. 19. Hoc somnium immisium alta providentia Dei, non Pilato, sed ejus uxori, ut notat Chrysolom. Euthym. Theophylactus: nam si Pilato factum fuisset; illud apud se retinuerit. Manifestatur ergo uxori, ut illa marito Pilato, adstantibus Judaeis, talia revelat: ut omnes audiant, Jesum esse innocentem. Somnium hoc à demone fuisse immisium, jam agnoscente Christum Messiam, ejusque mortem impedire volente, docent. S. Cyprian. Bernard. Lyrar. Beda, Carthusianus, Verior, & communior sententia est, à Deo immisium per angelum. Ita Origenes, Hieronymus, Hilarius, Chrysolom. &c. quia, si diabolus volebat Christum liberare, Judaeos potius, quam mulierem, talibus visionibus in commiserationem Christi inflexisset. Sylv. hic c. 9.

Et visio per noctem. Act. 16. 9. Hae visio fuit somnium, Paulo à Deo immisium per Angelum, qui in imaginatione Pauli formavit virm Macedonicum, ejusque vocem, ut videretur Macedonicè dicere: transiens in Macedoniam adjuva nos. Cornelius hic. Sicut equi viam à se sepe imitant, & tritam inveniunt; etiam dum auriga dormit: sic idem facit sensus, caro, & phantasia, etiam dum mens sopita est, & ratio dormit. Id. ibidem.

Qui somnia credit, similis est ei, qui post umbram suam currit, & eam apprehendere nititur. Joan. Clim. gradu 3. de somniis.

TITULUS XXXII.

SOMNUS.

S. I.

Imago mortis.

Dormientis hominis nullus usus, quemadmodum nec mortui. Somnus, non fecus ac Publicanus, dimidium vitae tempus nobiscum dividit. Clemens Alexandr. lib. 2. cap. 9.

Dormire mortui simile est; evigilare resurrectioni simile est. S. Aug. f. 120. de diversis.

Mors nihil aliud est, quam mors temporaria, & unius diei interitus. S. Chrysol. hom. 2. de David. & Saul.

Somnus imago est mortis, imago consummationis. S. Chrysol. hom. 26. in acta.

Quoties dormis, & evigilas; toties moreris, & resurgis. S. Chrysol. l. 59.

Scivera plus vigilare, plus vivere est: nam quid tam morti simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum,

quam forma vigilantis? Indulgendum fomno est, ut corpus reparet, non resolvat. Id. f. 24.

Somnus est imagomortis, sensuum ferire. Joan. Clim. gradu 18. de fomno.

S. II.

Somni moderati motiva.

Dormitaverunt Pastores. Nahum 3. 18. S. Hieron. semper diaboli studium est, vigilantes animas consopire. Denique & in Passione Domini Apostolorum oculis gravi sapore promit, quos Salvalor suscitans ait: vigilate, & orate, ne intratis in tentationem. Cornelius hic.

Semper diaboli studium est, vigilantes animas consopire. S. Hieron. apud Cornelium in Nahum 3. 18.

Somnus multus oblivionis opifex; vigilia vero memoriam emundant. Joan. Clim. g. 19. de vigiliis.

Mane summo surgere, & sanitati, & sanctitati, mire conducit. S. Francisc. Salef. Philotheae p. 3. c. 23.

Vigilia, status ante peccatum: non enim fomnus ante peccatum obrepisset in homines. Assimilat vigilia superno civibus. Mortis habet similitudinem membra saporis in tempore: vigilia vero resurrectio est membrorum. A similitudine mortis fecit divortium, qui studuit vigilare, & fomium se fecit non dormienti vita. Sim. Cass. l. 4. c. 4.

In charta perditurum expensarum tempora fomni scribe: ad fiscales introitus districte pone vigiliis; qui novit vigilare, novit orare. Idem ibidem.

S. III.

Somnus incommodus molestus.

Ipsa vero dormiebat. Matth. 8. 24. Euthymius, & Theophylactus, ajunt, cervical, super quod dormiebat, fuisse lignum.

S. Eustrathius Thaumaturgus &c. Monachus factus, fertur nunquam supinus jacuisse; neque toties 75. annis, quibus cursum vite peregit, dormiturus in finitrum laetus corpus deposuisse. Bollandus 9. Jan.

Miscellanea.

Homines, qui populis praesunt, si quando de rebus fortuitis consulturi sunt; diei non contenti, noctes etiam vigilando adhibent: non vero, qui pro ipso caelo certamen habemus, ipso quoque die dormimus. S. Chrysolom. ferm. 27. in Epist. Rom.

Somnus ex magna parte ebrietatis similis. Nil temporis tam deperit de vita nostra, quam quod fomno deputatur. S. Bernardus Ep. ad fr. de vita solit.

TITULUS XXXIII.

SPESES.

S. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Flas firmamentum in medio aquarum. Genes. 1. 6. Sit spes nobis quasi dies secundus; per quam in caelestibus habitantes; ab his, qui terram sapientes, & à Deo sola terrena flagitantes, sub caeli firmamento, aquarum instar dilabuntur, & fluitant; Deo promovente discernitur. Aelredus Abb.

Tenentes baculos in manibus. Ex. 11. 11. Per baculum spes indicatur, & fortitudo, tendentium in terram promissionis. B. Isaias orat. 22. Baculus, quo & feras repellimus, & nonnunquam sustentamur, spes est. Sanct. Gregor. Nyss. in vita Moylis.

Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. Deut. 11. 24. Pes vester, utique spes vestra est: & quantumcumque illa processerit, obtinebit. Si tamen in Deum tota figuratur; ut firma sit, & non titubet. Sanct. Bernardus ferm. 15. in Pfal. qui habitat. Spes vocata, quod sit spes progrediendi, quasi est pes. Unde contrarium desperatio: deest enim ibi pes: nullaque progrediendi facultas est. Sanct. Isidorus originum lib. 8. cap. 2.

Conspicui sunt enim viri sagittarii, & vulneratus est visumter à sagittariis. 1. Reg. 31. 3. Clypeus fortium, spes est divinx protectionis, quo ignita diaboli jacula repelluntur; qui bus graviter vulneratus est Saul à sagittariis in tantum; ut seipsum desperatione interficeret. Drogo Ost. de Sac. Dom. Passion.

Stantit duas columnas in portico templi. 3. Reg. 7. 21. Salomon duas columnas effinxit aeras, octodecim cubitorum altitudi-

rudinis: alteram Jachim vocavit alteram Booz. Jachim confirmatum, Booz in fortitudine, significat. Ad quid hae columnae, quae nomine, & te fortitudinem signabant? ad sustentanda ista: hae enim erat opus capitellorum. v. 19. Dux igitur aereae columnae figuratur, ut lilia solium sustineant. Antonium Pii liliolum est. Pierius l. 55. in numismate. Antonium Pii liliolum cum Lem. Spes publica. Et aliud Adriani eadem forma: Lem. Spes populi Romani. Addo, non solum spes, sed longam spes, denotare: omnium enim longissimus flos est liliolum, teste Plinio, & Perio. Verum, ad sustinendam spes longam, quae in longum tempus extrahitur, duabus opus aereis columnis, id est, maxima virtute. Tuffo in Eccl. 2. 3.

Super Sion montem sanctum ejus. Pfal. 2. 6. Nomen hoc modo significat Ecclesiam, modo ipsum D. Salvatorem, modo Jerusalem futuram. Hic Sion Ecclesiam debemus accipere; quam montem appellat, propter eminentiam honoris, & firmitatem fidei. Sion enim Hebraicè dicitur specula; quae, competenter aptatur Ecclesiae: quae, ad futuras spes sufficienter instruda, promissiones Domini mentis providentia induetur. Cassiodorus hic.

Qui consistens in Domino, sicut mons Sion. Pf. 124. 1. Qui hic fuerit in vera religione constans, & spem suam in Domini defensione posuerit: sicut Sion Ierosolyma mons, ita firmissima soliditate consistat. Cassiod. hic.

Aedificavi mihi domos. Eccl. 2. 4. Quilibet deberet in seipso aedificare domos multas, velut in quadam civitate. Primam domum debet facere hysalem, id est, domum patientiae; in qua se tuncat à grandine, & pluvia tribulationum. Debet facere domum aedivalem, velut solarium; scilicet domum spei &c. Hugo Card. hic.

Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Flos est spes fructus. Hugo Card. in Pf. 27.

Manus illius plena hyacinthis: quia omnis ejus operatio non ad spem, & desiderium superorum excitat. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Benedictus vir, qui consistit in Domino. Et erit quasi lignum. Jer. 17. 7. 8. q. d. sperans in Deo, erit quasi arbor felix, & Deo sacra. Hic similes lauro. Sicut enim fulmen, quidquid invenit in terra ferit, praeter laurum, ut ait Plinius l. 2. c. 55. sic magna calamitas omnia potest auferre, & ferre, praeter firmitatem Deo nixam virtutem. Corn. hic.

Quis est ex vobis homo? Eccl. 7. 9. In ovo indicatur spes. Huic contrarium posuit scorpionem, cujus aculeus venenatus retro timendus est: quia mortifera desperatio in fine est formidanda. V. Beda hic. Spes, quantum mihi videtur, ovo comparatur: spes enim nondum pervenit ad rem. Et ovium est aliquid, sed nondum est pullus. S. Aug. de Verb. D. secundum Luc. l. 2. 9.

Galeam salutis assumite. Ephes. 6. 17. Galea militis Christiani, est salus allata à Christo, & sperata à Christianis; hoc est spes salutis. Sic enim se explicat Paulus 1. Thess. 5. 8. induam loriceam fidei, & charitatis, & Galeam spem salutis. Sicut enim Galea principalem corporis partem, id est, caput ipsum, à quo altera membra, toulque homo pendet, tueritur, ita spes salutis, & gloriae caelestis communit, & servat caput, id est, hominis cogitationes, fines, & intentiones. Corn. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Spes velut anchora, quando minus in arenis fragilibus, & fluidis humani auxilii figuratur, tantò solidius, & certius, supra firmam petram, quae Christus est, defixa stabilitur. Joan. Gerf. de consol. Theologiae l. 1.

In ovis gallinarum, five aliarum avium, nihil videmus de carnibus, nihil de fanguine, nihil de ossibus, nihil de pennis, nihil de his, quae futura sunt, & ex eis pulli, avibus incubantibus fiunt: sed quadam spe. Hoc idem in jactis terrae seminibus accidit, & speratur. Sic in his, qui salvandi sunt, nihil apparet illius beatitudinis, quam possidebunt; sed totum agitur in spe. Sim. Cass. l. 7. c. 32.

In Germania superiori moris, & juris est alicubi: unicum è gallina ovum curru impositum ad loci dominum devehere. Ille pro ovo dolium vini dat revehendum. Toparchæ illi gratium est tale ovium, quam plautrum vini: siquidem non ovium, sed jus suum, & spem utendi juris, sub ovo considerat. Spes beatitudinis unicum in plautro grandi est ovium; idque longè charius, quam mille optimi vini plautra. Drexelius de Caelo l. 1. c. 4. §. 3. spes arbor benedicta est, fructus uberes habens; cum à misericordia Dei abundanter irrigetur. S. Thom. Aqu. opusc. 38. de erudit. princip. l. 2. c. 5.

Spes in praesenti tempore, est quasi quadam Vigilia solemnitate aeternae: ipsa in hysae praesentis exilii habet quasi tempus verum, & floridum. Id. ib.

Sicut per tubum opticum remotissima quaque, velut praesentia, & ob oculos posita videntur; idem spem facit, ac caelum nobis exhibet in terra, ut eo nos recreet. Joan. Rho affect. spei 17.

Anchora infixa intrâ petram. Lem. A spera spem firmant. Probatio spem operatur. Rom. 5. 3. 4.

Lucerna, licet extincta, si modò adhuc spirat, flammam in se lapsam ex alto sperat, & accipit. Lem. Dum spero, post te nobis spero lucem. Job 16. 12. Hefius.

Conchae in litore ad orientem solem panduntur. Lem. spes dilatat. Bonus Dominus speravit in eum, anima quarenti illum. Thren. 3. 25. Hefius.

Ignis sub cinere. Lem. Spes clausa intra sepulchro est. In me omnis spes vita. Eccl. 24. 25.

Spes abit in cineres; sed abit, mansura sub illis. Spes fatis hic semper, quo fovetur, habet. Id.

S. II.

Spes in solo Deo.

Ex Veteri.

Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Job 19. 23. scilicet, quos dicturus sum de spe, quem in Deo firmavi, ne oblivione deleantur. Solent autem ea, quae atramento scribuntur, per longinquitatem temporis deleri. Sunt autem hi sermones, quos tanta diligentia vult servari: scio, quod Redemptor meus vivit. Sanct. Thomas Aquin. Lect. 2. hic.

Sperantem in Domino misericordia circumdabis. Pfal. 31. 10. Hoc est spei, quae in Deo collocatur, singularissimum privilegium; quo caret omnis spes humana. Nam ad consequendam à rege dignitatem, quando inter homines unquam auditum est, ut inter merita numeretur spes? quando illius in supplicibus libellis unquam facta est mentio? Quis unquam Principi dixit? hoc mihi largire, quia speravi. Ridentur ejusmodi postulationes, & in aulis fabula ferret, qui in spe sua rei caput poneret. O liberalissime Deus! quanto melior est conditio servorum tuorum? ipsa spes donorum tuorum eis reputatur pro merito: sperare est meruisse. Rho affectum. spei 36.

Erat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te. Pf. 32. 22. Theodoretus hic: sermò fiducia: mere tunc misericordiam spe mea.

Ponere Dominus Deo spem meam. Pfal. 72. Exponit verbum, quod priùs dixit: ille enim adhaeret Deo, qui spem suam ponit in Domino: quia nihil potest esse beatius, quam illi omnia committere, qui novit suis cultibus congrua profutura praestare. Cassiod. hic.

Qui habitat in adjutorium altissimi. Pfal. 90. 1. Habitare permanentis est, non dilcedentis: qui totam spem suam, non in propriis viribus ponit, sed in altissimi voluntate constituit. Cassiod. hic.

Sub pennis ejus sperabis. Pfal. 90. 4. Plutarch. Sympos. reliquarum avium pennae, si cum aequilum pennis componantur, pereunt; defluentibus ob putredinem plumis: Id habet quoque Aristot. animal l. 9. c. 2. Dei pennae, aquilae pennae sunt. Deut. 32. 11. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos. Si illius ergo pennis nos, ac nostra, credere velimus; necesse est, ut defluant pennae aliarum avium, id est, ut uni illi adhaereamus. If. 40. 31. qui sperant in Domino, macerant fortitudinem, &c. Octavianus in Eccl. 2. 9.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. 1. 1. Ratio, cur non comparet ubera botris, vel lac vino; sed ubera vino: quia in ubere, & botro, solum est lac, & vinum in spe: extra verò, est in te, & possessione: quia melior est spes divinae providentiae, & lactis ejus, quam possessio quarumcumque rerum terrenarum. Unde merito à Religiosis contemnantur, propter solam spem futurorum, quae divinae providentiae, & promissioni, in nititur. De Ponte hic Exh. 18. §. 3.

Ego flos campi, & lilium convallium. Cant. 2. 1. Quia illis mentibus meam praecipue gratiam tribuo; quae, nullam spem in se habentes mihi se humiliter devotione committunt. S. Thom. Aqu. hic.

Respice filii nationes hominum, & scitate, quia nullas speravit in Domino, & confusus est. Eccl. 2. 11. Quod ratione huculque efficere conatus est, ut homines, ad collocandam in Domino spem suam, alliceret; nunc inductione conatur eorum, qui sperantes in Dei misericordia, spei suae fructum uberem receperunt. Eodem argumento usus est Mathathias filios exhortans. 1. Mach. 1. 51. mementote operum Patrum. Et post enumeratos Abraham, Joseph &c. ait: & ita cogitate per generationem, & generatorem: quia omnes, qui sperant in eum, non infirmantur. v. 61. Idem habet David Pf. 113. 9. & Pf. 21. 5. Octavianus hic.

Nullus speravit in Domino, & confusus est. Eccl. 2. 11. Confundi, est spe frustrari: maxime enim confunditur, qui, quod petit, non impetrat. Pfal. 24. 2. Dens meus, in te confiso, non erubescam. Id. ib.

Ubi fortitudinis nostra Sion Salvalor, ponitur in ea murus, & antemurale. Isa. 26. 1. Sufficisset, quod Salvalor murus po-